

nem pertinentibus. Item ab eadem Gilsinda partem quandam de villa Bobiliniaca supra fluvium Suppiam cum domibus, mancipiis, campis, pratis et ceteris ad eandem possessionem pertinentibus; pro quibus rebus in auro solidos C invenitur dedisse. Quasdam quoque res trans Ligerim non modico auri dato pondere reperitur emisse (MGH SS 13 S. 459, 4–14).

Nr. 89

Tauschurkunden des Rigobert von Reims (692/93–743/44).

Flodoard, Historia (wie Anm. 1) II c. 11: *Quaedam quoque cum aliquibus personis invenitur commutasse, pro partium scilicet oportunitate* (MGH SS 13 S. 459, 14 f.).

Nr. 90

Traditionsurkunde eines Abtes Ado über seine Güter im Gau von Laon an die Reimser Kirche zur Zeit des Bischof Rigobert von Reims (692/93–743/44).

Flodoard, Historia (wie Anm. 1) II c. 11: *Sub ipsius episcopatu dedit Ado quidam abbas ad ecclesiam sanctae Mariae Remensem res suas sitas in pago Laudunensi in vico, qui dicitur Rausidus, cum adiacentiis earum, domibus scilicet colonis, campis, vineis, pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus et omnibus appendiciis; item ad matriculam sancti Remigii res quasdam in pago Tardonensi in villa Corneciaco constitutas* (MGH SS 13 S. 459, 46–51).

Nr. 91

Traditionsurkunden verschiedener Personen für die Reimser Kirche zur Zeit des Bischofs Rigobert von Reims (692/93–743/44).

Flodoard, Historia (wie Anm. 1) II c. 11: *Diversae quoque personae in locis diversis res suas pro animarum remedio ecclesiae Remensi sub hoc patre beatissimo tradiderunt, ut Heroaldus et Sairebertus in monte Berelini et Taxonariis domos, arva, mancipia, vineas ac silvas; Gairefredus et Austreberta in pago Laudunensi in villa Warocio mansos cum terris adiacentibus, vineis ac mancipiis; Abbo res suas sitas in pago Portense villa Augusta; Landemarus in Camarciaco in pago Remensi mansos cum aedificiis, mancipiis, ruribus, vineis, silvis, pratis et ceteris adiacentiis; Rodomarus res suas sitas in vico in pago Castricensi; item Austrebertus suas in eadem villa. Quarum adhuc exemplaria traditionum apud nos condita reservantur* (MGH SS 13 S. 459, 51 – 460, 8).